Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uos: et ad reges et presides ducemini ꝓter
me in testimoniũ illis et gentib̃. Cum aũt tra
dent uos: nolite cogitare quomodo aut quid lo
quamini. Dabitur enim uobis in illa hora:
quid loquimini. Non enim uos estis qui loqui
mini: sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.
Tradet enim frater fratrem in mortem et pater filium:
et insurgent filii in parentes: et morte eos
afficient. Et eritis odio omnibus ꝓter nomen
meum. Qui aũt perseuerauerit usque in finem hic
saluus erit. Sedm Lucam
In illo tempore dixit dominus Cum audieritis
prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet primum
hec fieri: sed non dum statim finis. Tunc dicebat
illis. Surget gens contra gentem et regnum ad
uersus regnum: et terremotus magni erunt per lo
ca et pestilentie et fames: terroresque de celo: et
signa magna erunt. Sed ante hec omnia imo
nent uobis manus suas et persequentur: tra
dentes ad synagogas et custodias: trahen
tes ad reges et presides: ꝓter nomen meum.